

tio si communissimè accipiatur, significat omnem actionem Spiritus Sancti, quæ per se tendit ad immutationem hominis:

2. ut ex infideli fiat fidelis; ex carnali, spiritualis; ex filio seculi, filius Dei.
3. Specialiter verò ac propriè, est immutatio, quâ revera fit homo, ex carnali spiritualis; ex filio seculi, filius Dei.
4. unde & regeneratio, & creatio nova dici solet.
5. Estque opus commune Patri & Filio, ratione consensus & missionis:
6. Filio etiam, ratione meriti & intercessionis: peculiare Spiritui sancto, ratione immediate operationis.
7. Constat i. veteris hominis corruptione seu mortificatione; unde dicitur spiritus timoris, sobrietatis, precium.
8. Timoris videlicet, seu tristitia secundum Deum, quæ pœnitentiam ad salutem stabilem operatur:
9. sobrietatis, quâ resipiscimus à laque-

is